

neque purpura, aut serico vestitus, neque annulum gestantes, neque cum viris in eodem lecto dormientes tolerassent! alludebat ad Lutheri et quorundam aliorum apostatarum factum, qui ex hoc loco S. Joannis, et illo altero cap. 5, male intellecto, multis monialibus persuaserunt licetum esse illis deserere sua monasteria, redire ad vanitates seculi, et denique sine peccato nubere, quia nata ex Deo essent; natus autem ex Deo non peccat, sed generatio Dei conservat eum, ne Dei semen in eo extingatur: neque enim suos Deus unquam ita privat spiritu gratiae, inquit hic Calvinus, quin aliquant pietatis scientiam retineant: unde in Davide adultero et homicidio dicit gratiam remansisse, sicut ignem sub cineribus.

VERS. 19. — SCIMUS; nos quicunque fide per charitatem operante fideles et christiani sumus, fide certa novimus, QUONIAM EX DEO SUMUS, quod ex Deo spiritualiter nati, et filii Dei simus. Non dicit quod quilibet christians sciat de seipso quid sit filius Dei, ut contra Catharinum recte nota Hesselin, sed quod quicunque est veri christians sciat se hoc ex singulari Dei gratia habere. Cajetanus vero addit apostolos certa etiam experientia scivisse se justos et ex Deo natos esse, quia in virtute Dei facient miracula. Sed hoc ex illa experientia non omnino certio colligi potest; nam aliquando peccatores gratiam miraculorum etiam habent, ut Judas olim, et multi homines existimant de Saluatoribus in Hispania. Et mundus TOTUS, omnes homines, qui in hoc mundo secundum mundi et seculi pravos mores conversantur, IN MALLEO POSITUS EST, sub maligni seu diaboli protestatione constitutus est, qui eum concupiscit carnalis vinculis captiuum de flagito in flagitium, de scelere in scelus trahit. Non quid mundani homines peccare cogantur a diabolo, sed: Deserit à luce justitiae, et per hoc contemperati, quid pariant aliud quam opera tenebrarum? ait St. August., cap. 25, lib. de Naturâ et Gratiâ. Sub mundo autem Beda etiam parvulos nondum per baptismum renatos comprehendit, qui per peccatum originale sub maligni potestate positi sunt. Veri etiam potest: Mundus totus in malo jacet: in triplici tempeste illo malo de quo supra: Omnis quod est in mundo concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum; et superbia vita; 1 Joan. 2, v. 16. Manichei vero, ut ex Didymo patet, hunc locum ad summum errorem detorquent, interpretantes quid fabrica mundi recompenderet in diabolo tanquam opificis suo: unde mundum non à hono, sed à malo Deo, sive diabolo, fabricatum esse docent.

VERS. 20. — ET SCIMUS, quoque fide certissimam. Insimilis S. Joannes unde Christiani mysterium illud gratiae Dei didecerint que eos à reliquo mundo discernit; QUONIAM FILIUS DEI VENIT, quod Filius Dei Patris jam in munere venerit, quando Verbum caro factum est: unde aliud Messiam et Salvatorem frustra Judaei expectant; ET DEBIT NOS SENSUM, Graecos intelligentiam, per Evangelium sciencie et fidem quā nos illuminavit, ut COGNOSCAMUS; non tantum assen-

su intellectus, sed etiam affectu voluntatis: nam cognoscere apud Hebreos, Grecos et Latinos significat notitiam practicam intellectus, qua amore voluntatem succedit: unde cognoscere et nosce aliquem pro simpliciter amare non raro usurpat: VERBUM DEI, quem non cognoscabant gentiles idololatrie, qui opera manuum hominum deos appellabant, Sapient. 15, v. 10, et Iudei etiam cum fide veri Dei multos errores permiscebant: Christus autem arcana divinitatis revelando, luce sua tenebras illas dissipavit. Er sius, hic per fidem et charitatem, postea per speciem et frumentum, in verò FILIO IESU, in corpore Christi veri et naturalis Filii Dei Patris; dicuntur enim esse in Christo qui in corpore mystico cuius Christus est caput per charitatem inserti et compaginati sunt. Gracē aliter: Et sumus in illo vero, in Filio Iesu Christo, ita ut non sit pars periodi praecedens, sed finitū periodo sibi et omnibus Christianis congratuletur, quod per fidem et charitatem sicut uniti, et quodammodo unum eum vero illi Deo Patre, et cum Filio eius incarnato Iesu Christo. Hic est VERUS Deus; hic autem Jesus Christus, quia Filius naturalis est, non adoptivus, etiam est verus et idem Deus cum Patre. Hoc autem adversus Cerinthum et Ebionem dicit, contra quos etiam Evangelium suum scripsit. Hoc etiam testimonium divinitatis Christi omne effugium intercludit Arianis: unde Patres Niceniani synodi particularum illam: Deum verum de Deo vero, ex hoc loco S. Joannis putant symbolo suo inseruisse. ET VITA ETERNA; est etiam vita eterna quā vivit in seipso cum Patre et Spiritu sancto: et propterea est fons, node in electis vita eterna manat; Christus enim à Deo, est causa objectiva et efficiens vita eterna beatorum; ut homo causa meritoria: unde homines pluribus titulis quam angeli beatitudinem suam Christi debent; angelos enim objectivè et efficièt tantum ut Deus beatificat, non meritorie sicut homo.

VERS. 21. — FILIOLI, CUSTODITE VOS, vigilanter et solliciti cavete vobis. Eodem modo verbum custodie agnitor, 2 Pet. 3, v. 17; SEMULACRIS, Graec: Ab idolis; ab idolom et falsorum deorum cultu; unde Syrus verit: Ab idolatria; quodquandam ergo, ait S. Joannes, iam scias quis sit verus Deus, à quo solo salutis et felicitatem aeternam expectare debitis, nolite relabi, aut deflectere ad inanum deorum latram; licet enim ad Iudeos christianos per Parthos et Assyrios dispersos scribat, ut initio Epistole diximus, multa tamgentiles nuper ab idolatria ad fidem conversionis Judeis permixti erant, qui vel reliquias superstitionis sua mente retinebant, ut ait Didymus, vel certe ut neophyti nondum in fide tam radicati erant, quin facile in idolatriam recidere possent. Calvinus et sectarii sub idolis et simulacris sacras etiam nostras imagines à S. Joanne proscriptas volunt, quia generaliter est corruptela pietatis, ait Calvinus, ubi statua et pictura ad cultum eriguntur; non enim, inquit, tam facile ardebit aridum lignum carbone subiecto, quam citò idolatria mentes hominum corripit dumilli-

materia objicitur. Hoc tamen experientia Catholicorum in fide instructorum constat esse falsissimum; non enim adorant ligna et lapides tanquam deos, sed per imaginum pictarum inspectionem, alii synodus VII., omnes qui contemplantur ad prototyporum recordationem et desiderium transeunt, illisque honorariam adoracionem exhibent; unde imaginis honor, inquit, in prototypum resultat, et qui adorat imaginem, in ea quoque adorat descriptionem argumentum. Beza vero affert hic epistolam quandam B. Epiphani, in qua narrat se velum in foribus eujusdam ecclesie pendens dissidisse, quia imaginem quasi Christi, vel sancti in eo depictingam vidisset: sed Baronius, tom. 4, ad annum Christi 502, particulam illam epistole S. Epiphani ab hereticis iconoclastis assutam esse multis argumentis probat, nec olim fuisse in illa epistola ad Joannem Ierosolymitanum, quam D. Hieronymus in Latinum vertit; deinde, licet S. Epiphanius id revera scrisset, videatur tamē loqui de imagine quādam deformi, ita ut dubium esset an Christi vel alterius sancti, an falsi alicuius numinis foret. Beda idolatriam, à qua S. Joannes hic cavadum monet, ad tres etiam metaphoriae idolatrias, heresim, avaritiam et luxuriam extendit: heretici enim sua phantasmatata, avari pecunias, luxuriosi voluptates, tanquam simulacra adorant; unde apostolus Paulus, ad Coloss. 3, v. 5, avaritiam simulacrum servitutem appellat, et ad Philip. 3, v. 19, ventrem esse luxuriosorum et intemperantium Deum dicit idem Apostolus. Heretici Saturnus, avari Pluto, Ildinios Veneri, gulosi Bacche, quasi sacrificant. AMEN, sic fiat, et Deus det ut vos à simulariis custodias; vel certe ista clausula ad omnia, quorum custodiam tota Epistola commendavit, referri potest.

IN EPISTOLAM CATHOLICAM II

B. JOANNIS APOSTOLI

Argumentum.

Hanc et tertiam Epistolam olim quidam pataverint non esse Joannis, sed cuiusdam alterius Joannis, cognomento Senioris qui Ephesi etiam habebat, et cuius in suis opusculis scipem meminit Papius, hijsus Joannis Senioris, non autem Joannis, ut putat Beda, discipulus; unde cum auctor secundus et tertie seniorum se vocet, conjectaverunt hunc Joannem apostolum hanc Epistolam fuisse scriptorem. Hanc etiam opinionem sequuntur Erasmus et Cajetanus. Sed generalis Ecclesiæ consensus S. Joannis apostoli Epistolas esse ostendit, inquit Beda, qui etiam ex similitudine stili et sententiatur cum Epistola 1. S. Joannis idem colligit. Certè vetustissimus Tertullianus, cap. 53, de Prescriptionib, eundem Apocalypsi et dursum istarum Epistolarum auctorem esse significat; quod plenius testimonioiis ac argumentis Pamphilus in Notis ad illum locum confirmat. Autem vero Apocalypsis non alium Joannem quam apostolum aperte testatur idem Tertullianus, libro 5, cap. 14, et lib. 4, cap. 5, adversus Marcionem; unde Clemens Alexandrinus Origenes preceptor et Tertullianus contemporaneus, et Didymus Alexandrinus Hieronymus magister, breves commentarios in duas postremas Epistolas tanquam S. Joannis conserperunt; unde Beza, et plurimi sectariorum eas tanquam legitimas admittunt.

Argumentum secundo Epistole hujus est gratulatio quā Electae nobiliti et pice feminæ de suorum filio-

rum fide et probitate congratulatur, et simul adhortatio ad perseverantiam, et hereticorum Basilianorum fugam, qui negabant Christum in carnem venisse; unde Epistola familiaris est, sicut et tercia. Ideoque non proprii vocari possunt catholicæ, sive universales, quales sunt et vocantur Epistola Jacobi, duo Petri, prima Joannis, et una Iudei, que ad nullum particularem hominem vel urbem, ut S. Pauli Epistola, sed ad multos universaliter sunt scriptas. Haec tamen duæ accensentur prima Epistola: Catholicæ S. Joannis propter auctorem eundem; ideoque septem Epistolas catholicæ vulgo numerari solent, cum tamen revera sint tantum quinque.

Videntur autem scripta haec Epistola: Ephesi in Asia Minore, ubi senectetum suum Joannes transegit, ut in libro de scriptoribus ecclesiasticis Hieronymus narrat; unde verisimile non est feminam Electam, ad quam scribit, habuisse Ephesi, ut Bavarus commentator Flavius Dextri, ad annum Christi 105, scribit, quia ad civitatem externam, in qua S. Joannes non habitabat, Epistolam missam fuisse ex versu ultimo patet. Fortassis ergo Babylonem missa fuerit, eisna Clemens Alexandrinus Electam feminam Babyloniam missa scribat; aut certe potius in aliquā civitate Asia Minoris non procul ab Epheso habitavit, cum S. Joannes senex jam et decrepitus se cam invisum, et ore ad os logii speret, ut ex verso 12 patet.

IN EPISTOLAM CATHOLICAM II

B. JOANNIS APOSTOLI

COMMENTARIA.

CAPUT UNICUM.

1. Senior Electa domina, et natis ejus, quos ego diligo in veritate, et non ego solus, sed et omnes qui cognoverunt veritatem,

2. Propter veritatem quem permanet in nobis, et nobiscum erit in eternum.

3. Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, et à Christo Jesu Filio Patris, in veritate et charitate.

4. Gavissum sum validè, quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus à Patre.

5. Et nunc rogo te, domina, non tanquam mandatum novum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum,

6. Et hoc est charitas, ut ambulemus secundum mandata ejus. Hoc est enim mandatum, ut quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuleatis:

7. Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem; hic est seductor, et antichristus.

8. Videz vosmetipso, ne perdatis quæ operatis; sed ut mercedem plenam accipiatis.

9. Omnis qui recedit, et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet; qui permanet in doctrina, hic et Patrem et Filium habet.

10. Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis.

11. Qui enim dicit illi ave, communicat operibus ejus maliginis.

12. Plura habens vobis scribere, notui per chartam et atramentum; spero enim me futurum apud vos, et os ad los loqui, ut gaudium vestrum plenum sit.

13. Salutant filii sororis tæc Electæ.

COMMENTARIA.

VERS. 1.—SENIOR; GRÆC., PRESBYTER, sive episcopus: nam senioris nomen hoc loco videtur potius esse dignitatis ecclesiastice quam astatis, factore etiam Beza; hoc enim modo frequentissimum nomen istud sumitur in Scripturis novi Testamenti; unde S. Lucas, quos Acto. 20, v. 17, vocat *majores natu*, Græcè presbyteros, statim post, v. 28, *episcopos appellat*; presbyter autem, sive episcopus per excellentiā vocabatur eo tempore in totâ Asia S. Joan., ut existimat Catharinius. Etate etiam senior merito vocari poterat, cum Ephesi usque ad annum Christi 101, et atatis sua 95 vixerit, ut computat Baronius, qui eum in passione Domini 26 annorum, et solum octo annis Christo Domino ju-

CHAPITRE UNIQUE.

1. Le prêtre, à la dame Electe, et à ses enfants, que j'aime dans la vérité, et qui ne sont pas aimés de moi seul, mais que tous ceux qui connaissent la vérité aiment comme moi;

2. Pour l'amour de cette vérité qui demeure en nous, et qui sera en nous éternellement.

3. Que Dieu le Père, et Jésus-Christ, Fils du Père, vous donnent la grâce, la miséricorde et la paix, dans la vérité et dans la charité.

4. J'ai eu plaisir de la faire de voir quelques-uns de vos enfants marcher dans la vérité, selon le commandement que nous en avons reçus du Père.

5. Et je vous prie maintenant, madame, non comme vous écrivant un commandement nouveau, mais celle-là même que nous avons reçus dès le commencement, que nous ayons une charité mutuelle les uns pour les autres.

6. Or, la charité consiste à marcher selon les commandements de Dieu. C'est là le commandement que vous avez reçu d'abord, afin que vous l'observez.

7. Car il s'est élevé dans le monde plusieurs imposteurs qui ne confessent point que Jésus-Christ est venu dans une chair véritable. Celui qui ne le confesse point est un séducteur et un antichrist.

8. Prenez garde à vous, afin que vous ne perdez pas les bonnes œuvres que vous avez faites; mais que vous en receviez une pleine récompense.

9. Quiconque ne demeure point dans la doctrine de Jésus-Christ, mais s'en éloigne, ne possède point Dieu; et quiconque dédaigne dans sa doctrine, possède le Péché et le Fils.

10. Si quelqu'un vient vers vous, et ne fait pas profession de cette doctrine, ne le recevez pas dans votre maison, et ne le saluez point.

11. Car celui qui le sait participe à ses mauvaises actions.

12. Quoique jeusse plusieurs autres choses à vous écrire, je n'ai pas voulu le faire sur du papier, et avec de l'encre, espérant aller vous voir, et vous entretenir de vive voix, afin que votre joie soit complète.

13. Les enfants de votre sour Electe vous sauront.

COMMENTARIA.

niorum fuisse existimat. Non se vocat apostolum, quia ad personam aut familiam particularem tanquam pater spiritualis satius notus ac familiaris scribit; unde nec S. Paulus ad Philemonem scribens apostoli nomen usurpavit. Prima vero Joannis Epistola, nec apostoli, nec senioris nomen habet, quia potius est libellus quam Epistola, sicut etiam de Epistola S. Pauli ad Hebreos notavimus. ELECTÆ, nomen proprium matronæ ad quam scribit, et si neget Flavius Dexter Bivar ad annum Christi 105, qui nomen ejus proprium Drusius fuisse dicit. Oecumenius vero dubitat proprium sit an appellativum nomen. Erasmus, Beza et Bartholomeus Petrus malunt cum Dextro esse ap-

pellativum, ut electa domina, sit idem ac eximia et egregia domina; aut certè electa ad fidem et vitam eternam, ut p. S. Joannes crebat; probant autem, quia soror hujus Electæ vocatur etiam Electa, v. ultimo, infra; non solent autem duas sorores idem nomen proprium habere. Sed contra est quod epistole ad particulares personas solent eas in initio propria nominibus compellare, ut patet in Epistolis S. Pauli ad Timotheum, Titum, Philemonem; hic vero nullum erit nomen proprium istius matrone, si electa sit nomen appellativum. Soror vero infra, v. ult., more Scripturae sacrae intelligi potest cognata; aut certè electa non fuit pronomen, sed familiariter gentis cognomen; sicut Marcus, et Quintus frater Marci, uterque Cicero vocabatur. Sed si nomen proprium est Electa, dicendum erat, non electa domina, sed domina electa, inquit Beza, sicut optime Feste, Actor. 26, vers. 25, et optime Theophile, Luce 1, v. 5. Sed levius conjectura hæc est: nam nomen proprium etiam sepe præponi solet appellativo, ut Philemoni dico, ad Philemonem, v. 1; Timotheo charissimo filio, 2 ad Timotheo, 1, versus 2. Domix, propter nobilitatem generis, et opes quibus Christi discipulos et pauperes christianos sustentabat; unde Bavarus in Dextro Chironicon, anno Christi 103, ex quâdam S. Prochori Historia narrat hanc dominatam Electam desiderio S. Joannis in Pathmo exultantis exhaluisse, et cùm S. Joannes ab exilio in Asiam rediret, occurrit cadaver, quod contumaciam pauperibus et communem matrem lugentibus extra portam civitatis ad tumulum efferebatur, et suscitatum fuisse ex ferò modo quo adolescentes civitatis Nain, Luce 7, versus 14, à S. Joanne tangente feretur, et jubente ut surget, ac pararet sibi prandium. Exemplo S. Joannis discimus sanctitati non repugnare civitatem quæ personas genere aut virtutibus illustres speciosis dominorum aut dominarum titulis condecoramus, modo ut sine admalitia fiat. Et quidem erga feminas magis quam viros habeat civilitate uti solemus, ad solatium infirmi sexūs, sit Bartolomeus Petrus. ET NATUS IESUS, filius ac filiulus; tam enim vox Graeca quam Latina utrinque sexum indifferenter complectitur. QEOS (una cum matre et sororibus) DILIGO IN VERITATE, vero ac sincero spirituali amore, quo ipsi omnia bona spiritualia, et vitam eternam opto. ET NON EGO SOLUS, sic eos diligo, SED ET OMNES, diligunt ipsis, qui COGNOVERUNT VERITATEM, fidei christiane per prædicationem evangelicam.

VERS. 2.—PROPTER VERITATEM; OMNES enim Catholicici toto orbe dispersi, quia easdem veritatis regulas sequuntur, ait Beda, propter hanc similitudinem ad se mutuò diligendum invitatur; non sic heretici, qui non tantum à Catholicis, sed etiam à se invicem dissentire solent; id est vulpibus Samsonis comparantur, Jud. 13, inquit Hugo, que diversas facies habent, sed cœnas colligatas et armatas facibus ad oppugnandum Ecclesiam. Deinde fides, que per dilectionem Dei et proximi operatur, conjungit et coagmentat omnes fideles in unum Christi corpus; adeoque ut

membra ejusdem corporis invicem consenserit et se mutuo diligere debent. QUAE PERMANET IN NOBIS, quæ fidei veritas constante manet in nobis verè fidelibus, nec ullis persecutoribus terroribus convellitur. Et nos ISMUS ERIT IN AETERNA, et ista veritas obiectiva que jam per fidem appretiatur, nobiscum qui electi sumus ad vitam eternam, ut spero, manebit in aeternum; sed alio et excellentiori lumine illustrata; *cum venerit enim quod perfectum est, evanescatur quod ex parte est*, 1 ad Corinthis 15, vers. 10; aut certè fides electorum manet in aeternum, sicut timor Domini, psalm. 18, dicitur manero in seculum seculi; non quia secundum se mateat, sed in effectu suo, quæ est beatitudine aeterna.

VERS. 5.—SIT VOBISCUM GRATIA, illa praesertim gratia auxiliatrix et victrix vitorum, quæ Christiani sumus, ut loquitur D. Augustinus; MISERICORDIA, olem et vinum, et omnia divina misericordia veluti medicamenta, quibus vulnera et miseris nostris modetur, qui per peccatum originis et propria peccata incidunt in latrones, inter Jerusalem et Jericho, dispoliatio et plaga imposita semivivi relieti, ac certò morituri eramus, nisi Samaritanus illæ iter faciens misericordia motu aliquatenus vulnera nostra, infundens oleum et viuum, Luce 10, vers. 35. Pax, aeterna in celis, ad quam Dei gratia et misericordia per varia bella et pugnas carnis nos perduxit. A Dño PATRE, tanquam primo omnis gratia, misericordie, et pacis nostra fonte; ex pure enim et gratuitâ misericordia nos ad coelestem et aeternam pacem, et ad gratia dona quæ cō perdicunt, ab aeterno elegit, atque ad hunc finem Filium suum in mundum misit. Et à JESU CHRISTO, à quo tanquam causa nostra omnia eadem ista bona nobis proveniunt. FILIO PATRIS, naturali Filio aeterni Patris, ejusdem cum ipso nature et divinitatis. Quod adversus Cerinthum et Ebionitas, qui Christi divinitatem tunc negabant, rapim et obiter addit. Beda vero dona ista gratia et gloria à Jésu Christo nobis conferre interpretat tanquam à causa non meritoria, sed efficiente secundum divinitatem, quæ quæcumque Pater facit, hac et Filius similiter facit, Joannis 5, vers. 19. Opera enim Tripartitæ ad extram ut loguntur scholastici, sunt indivisa. IN VERITATE, sicut illa vobiscum cum veritate fidei, ET CHARITATE, christiana, per quam veritas fidei nomine opus bonum in vobis operetur. Catharinus et quidam aliis duas istas particulas referunt ad id quod proximè præcessit, ut Christus dicatur Filius Patris in veritate et charitate, hoc est, verus et dilectus Filius, in quo Pater ab aeterno bene et infinitè sibi complacuit.

VERS. 4.—GAVIUS SUM VALDE, gaudio magno spirituali, quo nasci solet ex magnâ Dei et proximi charitate: quod enim quisque magis Deum et proximum diligat, quod etiam amplius de bonis eorum gaudet, et illi congratulatur; QUONIAM INVENT, per experientiam: fortasse enim isti filii habitabant Ephesi, ubi S. Joannes tunc morabatur, etiamsi mater eorum Electa alibi haberet domicilium; DE FILIS TUIS, aliquos ex filiis tuis, AMBULANTES, progredientes in via mandatorum Dei,

et de die in diem proficiens; ambulatio enim profectum significat, inquit Didymus; sicut enim ambulans non quiescit, sed successivè et sensim passibus corporis emefit viam, ita qui passibus animi, id est, affectibus charitatis per viam mandatorum incedit, progeditor de virtute in virtutem; IN VERITATE, cum omni sinceritate virtutum, non per falsas carum imagines, ut hypocrita solent; SICUT MANDATUM ambulandi et servandi divinae legis precepta; ACCEPTEMUS a PATRE, per lucem Evangelii Filii sui, qui illumina omne hominem fidem venientem in hunc mundum.

VERS. 5. — ET NUNC ROGO TE, blandè rogas, et si res precepisti eset, se attemperas feminarum ingenio, que blanditas potius quam duris imperis volunt duci; et blandillas etiam auger addendo: DOMINA, in matre autem filios etiam rogas; NON TANQUAM MANDATUM SCRIBENS TIBI, ne putas me velle tibi imponere nova et inaudita onera; mandatum enim dilectionis proximi est antiquissimum, et legis nature; licet quia in oblivionem et discontudinem ferè venerat, sit à Christo innovatum; ideoque mandatum nostrum vocetur, Joannis 13, versus 34. Vide quid de eadem re, I Joannis 2, versus 8, nuper diximus. **SED QUD HABEMUS**, traditum à Christo, et annuntiationem vobis a apostolo; AB INITIO, conversionis vestre ad fidem; cum predicatione enim fidei simili predicatum fuit mandatum dilectionis Dei et proximi; nam fides mortua et oliosa non sufficiebat ad salutem, sed viva quoque per charitatem operatur, ad Galatas 5, versus 6; UT BILIGAM ALTERUTRUM, id est, unus alterum et reciprocè, sive nos mutuò; nec tantum fideles et amicos, sed etiam infideles et inimicos, optando illi et fideles et amici fiant; Christus enim dilexit nos cùm inimici ejus essent: praecepit autem ut diligamus invicem, sicut dilexit nos, Joan. 13, v. 34.

VERS. 6. — ET HAC EST CHARITAS, et in hoc consistit et ostenditur vera charitas, UT AMBULEMUS, affectum interiorum et operum exteriorum veluti passibus, quibus per hanc terrestrem peregrinationem ad patrum coelestium tendimus; SECUNDUM MANDATUM IUS, intra limites prescriptos mandatorum Dei Patris. Pronomen eius referat Patrem, qui in fine versis 4 processit. **HOC ENIM EST MANDATUM**, hoc autem generaliter est verum mandatum Dei Patris. Particula enim in Greco non habetur, et loco eius tam commode particula autem substitui posset; ut QUENDAM AUDISTIS AB INITIO, a apostolis in principio vobis annuntiantibus fidem et opera qua fides per charitatem operari debet; IN EO AMULETIS, in eo fidei et operum mandato, non autem in novis hereticorum inventionibus. De hā autem te vos admonemus volū.

VERS. 7. — QUONIAM MULTI SEDUCTORES, impostores heretici, qui seducunt fideles à via veritatis, per quam ambulare oportet, EXIERUNT IN MUNDUM, Græcè introierunt; à tenebris in quibus ante latitanti in publican mundi lucem, per predicationem suorum errorum prodierunt; QUI NON CONFIDENTUR, inī negant, quia maximè eo tempore Basilides, et ejus assecré, JESUM

CHRISTUM VENIRE, Græcè, *venenem*, quod OEcumenius tam de primo quādē secundo Christi adventu intelligit. Solet enim illud particulum Græcum praesens temporis, nempe, *ἐγένετο*, tam pro praeterito quādē pro futuro etiam usurpare; sed melius h̄e pro praeterito, et primo Christi adventu accipitur, ut interpres noster verit. IN CARIN, qui non confitentur Jesum Christum Filium Dei esse qui per humanae carni assumptionem descendit ex sinu Patri. Unde qui vel Deum, vel hominem esse negant, non confitentur eum in carnem venisse, ut rectè notat Beda. Ut enim dicatur venisse, oportet antea cum fuisse alibi, et postea accessisse, seu apparsisse ubi eo modo non erat. Græcè tamen, In carne, quomodo etiam Beda et plurimi textus Latini legunt, id est, qui non confitentur venisse in mundum, et inter homines in carne humana conservatum. Beda de Judeis hoc intelligi posse ait, qui Christum nondum ad salutem mundi venisse credunt, sed ad interum suum venturum expectant Antichristum. Hic EST SEDUCTOR; hic autem quisquis est qui hoc non confitetur, sed contrarium predicat, est hereticus, et populos à veritate in errore seducit; ET ANTICHIRSTUS, et insignis Christi adversarius, quem solvit et discipulit dum naturam humanaum aut divinam ei auferit. Numerum pluralem subito in singularium mutat, non quia nomine antichristi diabolus intelligit, qui unus per ora multorum hereticorum errores amunitat, ut nimis subtler exponit Catharinus; sed quia unum fortasse principium heresarcham designat quod per se et suo hæresim illam tunc spargebat; aut certè quia unusquisque illorum hereticorum magni et famosi illius in fine venturi Antichristi figuram et spiritum gerat.

VERS. 8. — VIDETE VOSMETIPSOS, attente considerate vosipos, et pericula quo vos circumstant, ne ab illis impostoribus sinatis vos seduciri; NE PERDATIS QUAE OPERA TI ESTIS, ne mercedem honorum operum, quae fides per charitatem in vobis operata est, amittatis. Hinc patet veram fidem et justitiam semel adeptam posse amitti; quod sectari nostri temporis negant; **SED ET MERCEDEM PLEXAM ACCIPIAS**, sed ut in fide et bonis operibus usque ad finem perseverantes mercedem vite aeternæ plenam tanquam mensuram bonum, conferatis, congitatam et superfluentem, Luce 6, vers. 38, accepatis. Hoc autem plena merces et mensura est ipse Deus, qui implebit et superfluet, non modò merita, sed etiam vota nostra, ait S. Bernardus, sermone 5, de Vigilia Nativitatis. Vox ergo plenam significat plenitudinem et perfectionem aeternae mercedis; non autem indicat eos qui perdunt quod operati sunt, aliquam mercedem, sed non plenam accepturos. Exemplaria Græca hodiè exprimit ista verba in prima persona: *Ne perdamus, sed ut accipiamus*, sermone magis blando et familiariter, quo Apostolus permisit se ipsi, tam in metu perdendi quam in spe accipiendo. Nomen mercedit refellit Lutheranus et Calvinistus, qui vitam aeternam honorum operum mercedem esse negant.

VERS. 9. — OMNIS QUI RECEPERIT, ab Ecclesia Christi; Græcè, *qui transgreditur*, id est, qui per apostoliam transfigit ad seductorum et antechristianorum castra; ET NON PERMANET IN DOCTRINA CHRISTI, id est, in fide quam Christus docuit, nempe ascensione veritatis et obediente preceptis; **DICU NON HABET**, alienus est à Deo: cui non adheret fide per charitatem operam: talen autem OEcumenius atheum vocat. E contrario vero, QUI PERMANET IN DOCTRINA, Græcè *Christi* addit; HIC ET PATREM ET FILIUM HABET, quos fide et charitate complectiunt, tanquam templum quod Patrem et Filium inhabitatores habet. Videtur enim alludere ad Evangelii sui locum, ubi Christus de se et Patre suos loquens ait: *Ad eum veniens, et mansuitem apud eum faciemus*, Joan. 4, v. 25. Indicit etiam Filium esse Patri consubstantialē, contra Cerinthum et hereticos illius temporis. **FILIUS VERÙ ANTE PATREM EXPRIMITUR**, quia ad Patrem non nisi per Filium perveniri potest, inquit Thomas Anglicus.

VERS. 10. — SI QUI VENIT AD VOS; solent enim heretici mare et aridam circuire, in cœtu et domo fideliū penetrare, ut per dulces sermones et benedictiones corda innocentium seducant, ad Romanos 16, v. 18; proprium enim hereticorum est non ad infideles convertoentes, sed ad pervertendum fideles peregrinari; et plures ex tempore hypocrite se in societatem et familiam divitum Christianorum insinuant, propter charitatem et liberalitatem quam in pauperes confratres suis Christianos exercitant: unde ad detegendos istos hypocritas necesse fuit tesserae hospitalitatis, et literas formatas, seu commendatitias reperire. Et HANC DOCTRINAM, fidei, quam Christus nos docuit, NON AFFERT, sed confartram potius: nec enim apostolus Joannes vult vitari hominem infidelem, qui nullam doctrinam bonam aut malam, sed merces vel alias res innocias affert; **NOLITE RECIPERE EUM IN BONUM**; qui enim hereticus predicatori hostis prebet, favet ejus errori: unde non tantum hereticī, sed etiam eorum recipiatore jure canonico excommunicantur: quod canonista intelligunt de receptatoribus hereticorum formaliter, sive ut hereticī sunt, nempe favendo eorum heresi; scitis autem si ut amici, aut consanguinei, aut ut homines indigentes illi humanitatis officio recipiantur. Nihilominus tamen, iure nature, etiam talis receptatio hominis hereticī illicita est, si tibi aut domesticos tuis immineat ab eo perversionis periculum, vel si hereticus ipse per talen humanitatem magis in sua heresi obmetetur. **NE AVE EI BIXENTUS**, inō si vobis extra domum occurrat salutem ei precuum. Quod adeo servasse S. Joannem ex Polycarpo ejus discipulo referit lib. 5, cap. 5, S. Ireneus, ut quondam Ephesi ex balneo illotus aufugerit, ubi Cerinthum hereticum in eodem loco lavare intellexit, exclamando: Fugamus ne cada et nos opprimat balneum in quo lavatur Cerinthus: et Polycarpus Marcionis heretico occurrens, loco aet, primogenitum diaboli cum appellavit. Ita apostoli et apostolorum discipuli, inquit S. Ireneus, horabant vel solo verbo faciōnem, etiam tamen phrasim illi Græca sit faciem ad faciem, similis huic, os ad os: ubi more Atticorum sub-intelligitur prepositio *πάρα*, id est, secundum; quasi

communicare cum iis qui veritatem Evangelii adulteraverant.

VERS. 11. — QUI ENIM DICIT ILLI AVE, quod benevolenter verbum etiam in epistolaram familiarium frontibus Græci, exprimendo per verbum *χάρισθαι*, id est, gaude, preponere solet, sicut Latinus P. S., id est, plurimam salutem, ascribere solit, erat; COMMUNICAT OPERIBUS EIUS MALIGNIS, habere videtur communionem et complacentiam in heresim et errores pravos quos disseminat; loquunt enim non de qualibet heresim, sed de eo qui doctrinam contra fidem affert, et heresim doceat. Cum talibus autem familiariter et comiter conversari, et eis benevolē salutare, scandalum plenim aquo apud infimos Catholicos gigint, et hereticos ipsos in sua heresi confirmat, maximè si qui ipsos sic salutat, aut cum ipsis conversatur, sit ecclesiasticus, aut in doctrina fidei habeatur crudius, nisi conversationem illam ad hereticī conversionem tendere apparat: quamvis post unam et secundam correctionem ejusmodi hominem hereticum etiam vitari jubeat apostolus Paulus, Tit. 3, v. 10, quia videatur esse incorrigibilis. Sep̄t etiam cuicunque non tantum hereticī, sed alteri publico peccatori ad correctionem prodest, si à viris probis familiaritate et consortium suum declinari videat: hinc S. Paulus iterum Thessalonicensibus principi ut subtrahant se ab omni fratre ambulante inordinatē, 2 ad Thess. 3, v. 6, quod preceptum positum fuit illi Ecclesiæ tunc salutare, aut necessarium, ut ibi diximus.

VERS. 12. — PLURA, Græcè MULTA, quæd doctrinam et religionem christianam spectant; haec enim est Epistolaram apostolicarum materia, quibus alia negotia nullius aut minime curae sunt. Unde ex familiari et minutijs tantum fuisse non bene dicit Titianus; plurima enim maximi momenti in materia religione sunt, que ne verbo quidem in brevissima h̄a Epistola tangit. HABENS VOBIS SCRIBERE, ad tuam et familię tuę in fide et moribus Christianis instruēti; non enim omnia quæ ad religionem spectant, scripto mandabunt apostoli; unde addit: Nō te PER CHARTAM ET ATRAMENTUM, vobis scribere et Epistolam sine necessitate longiorē texere. Hinc patet apostolos in chartis et atramento Epistolas suas, ut non hodiē, scrisse; licet varia tunc fuerint chartarum genera, quæ jam non amplius sunt in usu: nam ex papiro, *Ægypti* arbore, olim charta ficit; idōque papyri nomen hodiē adhuc retinet: postea ex lineti facta aut ceris, ut l. 15, c. 11, narrat Plinius. Scrabant etiam in membranis: quod quia Pergami Asiae urbe ceptum est fieri, idē h̄e usque tale charta genus pergammum appellamus. SPERO ENIM ME FUTURUM APUD VOS, Græcè: Sed spero venire ad vos. Unde patet matronam Electam non Ephesi habitasse, ubi S. Joannes tunc fuisse putatur. Et os ad os loqui, et ore ad os vivā vocē colloqui: poterat enim interpres ore ad os vertere, sicut 1 ad Cor. 13, v. 12, vertit, facie ad faciem, etiam tamen phrasim illi Græca sit faciem ad faciem, similis huic, os ad os: ubi more Atticorum sub-

dicas: *Secundum os ad os loqui*, sicut præsentis obverso ore et facie simul colloqui solent. Ex hoc loco refellitur error sectariorum, qui nullas traditiones agraphas admittere volunt, quasi apostoli nihil amplius de mysteriis fidei vivâ voce tradiderint quâm chartis et atramento commiserint. Ut **GAUDIUM VESTRUM**, spirituale, quod ex mutuo colloquio de rebus divinis et spe præmiorum aeternorum concipiatur, **PLENUM SIT**, abundans et perfectum: nam semiplemum et siecius plerûmque est gaudium quod per literas inter personas spirituales excitat; plenus verò et abundantius, si vivâ voce inflammetur; hinc apostolus Paulus desiderat videre Romanos, et simul consolari: *Per*

eam qua invicem est, inquit, **fidem vestram atque meam**, ad Rom. 4, v. 12. Simili autem sensu quo **gaudium plenum** hic vocat S. Joannes, paulò ante, v. 8, **mercedem plenam** dixit.

VERS. 15. — **SALUTANT TE**, salutem temporalem et eternam tibi à me ascribi voluerunt, **FILI SORORIS TUA ELECTÆ**, qui Ephesi Timotheum videtur, defuncta fortasse matre, aut ad fidem nondum conversa: cuius proinde in hac salutatione nulla mentio. Quomodo autem potuerit esse soror Electa ad quam scribit, et tamen appellari etiam Electa, supra, v. 1, diximus.

IN EPISTOLAM CATHOLICAM III

B. JOANNIS APOSTOLI

Argumentum.

Epistola haec familiaris est et similis precedenti, scripta ad Caïum communem apostolorum et peregrinatum Christianorum hospitem. Videtur etiam a S. Joanne olim ad fidem fuisse conversus, aut saltem fuisse instructus, quia filium suum vocat, v. 4. Laudat ejus hospitalitatem et charitatem: Diotréphes verò cujusdam inhospitalitatem et ambitionem taxat. Monet Caïum ne illum imitetur, sed potius Demetrium, cui testimonium ab omnibus Christianis, qui ex Achâia in Asiam veniunt, bonum redditur. Quis autem Caïus iste fuerit, disputatur: Beda et multi cum eo existimant esse illum quem S. Paulus vocat hospitem suum, ad Rom. ult., v. 25. Unde cum versimiliter sit Epistolam ad Romanos scriptam esse Corinthi, videtur Caïus Corinthii habuisse, et esse Caïum illum quem Paulus dicit se baptizasse, I ad Cor. I, v. 44. Licet autem Corinthii in Achâia Caïus habaret, genere tamen fuisse Hispanus narrat Brivari Dexter, et fuisse filius illum centurius, qui Christo in cruce morienti astitit, Luc. 23, v. 47, et fratrem Demetrii, cuius infra, v. 12, hic meminit Joannes; unde talem genealogiam textit: Centurio Capharnai in Galilæa habitans, cuius puerum

Christus sanavit, Matth. 8, v. 5, natione Hispanus genuit Caïum Oppium centuriонem qui Christo patienti præsens astitit; hic verò Caïus Oppius genuit Caïum et Demetrium, qui Corinthi habitaverunt, et quorum mentionem hic S. Joannes facit. Sed mirum si S. Joannes siluisset Demetrium vocare fratrem Caïi, si revera frater fuisset; nam Epist. præced., v. ult., Electam non silet appellare sororem alterius Electæ ad quam scribit. Deinde titulus hoc Chronicorum Flavii Dextri merito suspectum habetur a doctis; nam Lutius Flavius Dexter, cuius dicitur esse Chronicum, S. Hieronymo familiaris, et praefectus prætorii Romæ sub imperatore Arcadio, vir fuit litteratissimus, et eloquentia Ciceroniana studiosus, ut testatur S. Hieronymus: auctor verò Chronicus magis est semi-barbarus quam Ciceronianus similis. Denique S. Hieronymus dicit eum scripsisse omnimodam historiam, quod nomen chronici isti et macro et succincto minimum convenit; historia enim vocatur quando non tantum nudè et simpleiter per singulos annos annotatur quod factum sit, sed quomodo, quibus consiliis, quo rerum eventu gestum.

IN EPISTOLAM CATHOLICAM III

B. JOANNIS APOSTOLI

COMMENTARIA.

CAPUT UNICUM.

1. Senior Caïo charissimo, quem ego diligo in veritate.

2. Charissime, de omnibus orationem facio prosperè

CHAPITRE UNIQUE.

1. Le prêtre à mon cher Caïus, que j'aime dans la vérité.

2. Mon bien-aimé, je prie Dieu que tout soit chez vous en aussi bon état, pour ce qui regarde vos affa-

te ingredi, et valere, sicut prosperè agit anima tua.

3. Gavisus sum valde venientibus fratribus, et testimoniis perhibentibus veritati tuae, sicut tu in veritate ambulas.

4. Majores horum non habeo gratiam, quâm ut audiām filios meos in veritate ambulare.

5. Charissime, fideliter facis quidquid operaris in fratribus, et hoc in peregrinis,

6. Qui testimonium reddiderunt charitati tuae in conspectu Ecclesiæ: quos, benefaciens, deduces dignè Deo.

7. Pró nomine enim ejus profecti sunt, nihil accipientes à gentibus.

8. Nos ergo debemus suscipere hujusmodi, ut co-operatores simus veritatis.

9. Scripsisse forsan Ecclesiæ; sed si qui amat primum gerere in eis, Diotréphes, non recipit nos.

10. Propter hoc si venero, commonebo ejus opera, que facit, verbis malignis garris in nos; et quasi non ei ista sufficient, neque ipse suscipit fratres, ut eos qui suscipiunt, prohibet, et de Ecclesiæ ejicit.

11. Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui beneficit, ex Deo est; qui malefacit, non vidit Deum.

12. Demetrio testimonium redditur ab omnibus, et ab ipsa veritate, sed et nos testimonium perhibemus: et nosti quoniam testimonium nostrum verum est.

13. Multa habui tibi scribere; sed nolui per atramentum et calamus scribere tibi.

14. Spero autem protinus te videre, et os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatis.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — SENIOR, Græcè *presbyter*, quod nomen his potius est dignitatis ecclesiasticae: quâm ètatis, ut Epist. præced., v. 4, diximus; CAÏO CHARISSIMO. In Græco non est superlativus, sed positivus, qui *multum amabilis* significat, ut non male è paraphrasi verit Erasmus. Quem ego diligeo in VERITATE, vero et sincera spirituali dilectione, que personæ dilecta voluntas omnis spiritualia grata et gloria dona.

VERS. 2. — CHARISSIME, DE OMNIBUS, rerum spiritualibus et temporalibus, quatenus spiritualium sunt instrumenta. Alii tamen tenent *super omnia*, aut *ante omnia*, ut Catharinus. ORATIONE FACIO, quod ego PROSPERÈ TE INGREBI, ut in omnibus illis rebus prosperè semper ambules, et quotidie non tantum in spiritualibus proficias, sed etiam in temporalibus, quibus tam bene et largiter in elemosynas pauperum, et peregrinorum hospitalitatem uteris. Alii verbaliter *prospere te agere*: quomodo etiam mox idem verbum hoc eodem versu interpres verit. ET VALERE, corpore sanum esse; id enim propriè verbum Græcum significat. Tam autem sanitas corporis quâm bona fortuna sunt instrumenta virtutum animi. Sicut PROSPERÈ AGIT ANIMA TUA, in actibus virtutum, et præcipue charitatis, in quibus delectabiliter et feliciter agit, ambulat, et se exercet anima tua per Dei gloriam.

S. S. XXV.

res et votre santé, que je sais qu'il y est pour ce qui regarde votre âme.

3. Car je me suis fort réjoui, lorsque les frères qui sont venus ici, ont rendu témoignage à votre piété et à la vie que vous menez selon la vérité.

4. Je n'ai point de plus grande joie que d'apprendre que mes enfants marchent dans la vérité.

5. Mon bien aimé, vous faites une bonne œuvre d'avoir un soin charitable pour les frères, et particulièrement pour les étrangers.

6. Qui ont rendu témoignage à votre charité en présence de l'Eglise. Et vous ferez bien de les faire conduire et assister dans leurs voyages d'une manière dignie de Dieu.

7. Car c'est pour la gloire de son nom qu'ils sont parties sans recevoir aucune assistance des gentils.

8. Nous sommes donc obligés de traiter favorablement ces sortes de personnes, pour travailler avec elles à l'avancement de la vérité.

9. J'aurais écrit à l'Eglise; mais Diotréphes, qui aime à tenir le premier rang, ne veut point nous recevoir.

10. C'est pourquoi, si je viens jamais chez vous, je lui représenterai le mal qu'il commet, en semant contre nous des malédictions malignes; et ne se contentez point de cela, non seulement le lui reçoit point les frères, mais il empêche même ceux qui voudraient les recevoir, et il les chasse de l'Eglise.

11. Mon bien-aimé, n'importe point ce qui est mauvais, mais ce qui est bon. Celui qui fait bien, est de Dieu; mais celui qui fait mal, ne connaît point Dieu.

12. Tout le monde rend un témoignage avantageux à Démétrius, et la vérité même le lui rend. Nous le lui rendons aussi nous-mêmes, et vous savez que notre témoignage est véritable.

13. J'aurais encore plusieurs choses à vous dire, mais je ne veux point le faire par écrit.

14. Parce que j'espère vous voir bientôt, et que nous nous entretiendrons l'un l'autre de vive voix. La paix soit avec vous. Nos amis vous saluent. Saluez de ma part nos amis chacun en particulier.

COMMENTARIA.

VERS. 3. — GAVISUS SUM VALDE, gaudio magno spirituali et in Domino, quoniam semper gaudendum essem monet alterus Apostolus: *Gaudete in Domino semper*, ad Philipp. 4, v. 4; tale enim semper est gaudium sanctorum, qui magis gaudent de benignitate Dei et gratia quâd operatur omnia in omnibus, quâd de eo quod homines ex sua parte conferunt virtutum exercitum. VENIENTIBUS FRATRIBUS, quoties Christiani fratres, et præcipue verbi divini precones ex Achâia, ubi habitat, huc in Asiam veniunt; ET TESTIMONIUM PERHIBENTIBUS, utpote benignitatem et hospitalitatem tuam exprimit; VERITATE TUE, sinceritas et candor tuo; SICUT TU IN VERITATE AMBULAS, sicut in omnibus actionibus tuis sinceritatem virtutum sine hypocrisi sectaris. Ambulans hic non significat motum tibiarum, inquit OEcumenius, sed ordinatum et temperatum progressum cum acri et constanti animi affectu, qui progressum illum per viam virtutis ferat et promoveat, qualem pauci, inquit, assequuntur. Veritatem pro sinceritate virtutum sep̄ tam in Evangelio suo quam in Epistolis S. Joannes usurpat: que sinceritas præcipue à charitate actibus cateretur virtutum aspergit, diuī eos imperat et sinceritate sua quasi tingit: inō sine sinceritate et veritate nisi charitas catet virtutes veras et consummatas virtutes esse negat S. Augustinus.

(Trente-une.)